1517

295

Ignoti Nominis Sacerdoti

Venerabilis, devote dilecte —

Relatum est nobis, Dominationem tuam quasdam navales Decimas Episcopatus Po:snaniensis, à Summo Pontifice impetras:se, cum non mediocri damno et injuria Ecclesiæ illius. Nos, quibus deffensio, et tu:tela Ecclesiarum nostrarum incumbit, hortamur et admonemus Dominationem tuam, ne se quoquomodō, ad ipsas Deci:mas intromittat. Nam nos nequaquam patiemur, ut hæc Ecclesia cujus nos Pa:tronus sumus, aliquid sub alis nostris detrimenti, aut injuriæ paciatur —